

FATA  
INOPINA, SED BEATA  
VIRI 75  
*Nobilissimi Doctissimi Clarissimiq;*  
DOMINI  
**DANIEELIS  
SCHLOSSII**

*Medicinæ ac Philosophiæ Doctoris  
Excellentissimi,*

Casu quodam infelici inter summos eosque acutissimos  
corporis dolores rebus mortaliis Anno mense &  
die infra notato pie crepti, ad Superosq; translati

IPSIS SOLENNIBUS EXEQVIIS

Threnodia subsequente  
ex debita observantia  
comitari voluit

Henr: Reichel.

Ἐτεομηνομέροσιχον:

SChLoßIVs ztatIs sVbIt Ipso fLore nItente  
AVgVstI prIMa trIstJa fata Dlc.



THORVNII

Impressit Ioh. Nicolai NOBIL, SENAT. & GYMN. Typographus,



† † †

Deste, Musæ, progenies Jovis:  
Lugete, Musæ, tristibus & modis  
Amœna per Pindi vireta  
Ad socios properate lessus.

Dum multa vestri Gloria Nominis,  
Sat laude dignus SCHLOSSIVS incluta

Thorunium totum per hocce

Cognitus, heu! squalidas abivit,  
Fati sub umbras: qui viridaria  
Quàm vestra jam àrit, quàm Clavium melos,

Quid multa dicam? pastus ille

Nectare & Ambrosia scavi.

Hinc veste pulla carmina funeri

Lamenta busto, cymbia marmori

Affundite, hinc cedroque Nomen

Moxdare mox properate clarum.

Vestros per hortos sed rogo, vestraque

Ter-trina post Vos per rogo Numinis,

Sit integrum mihi jam clienti

Illiis hoc posuisse laudi.

VIR arte rara, qua? medica potens

Annis adhuc quamvis juvenilibus,

VIR DOCTOR excellente gradu

VIR Sophiæ studio celebris

Hanc ponit artem, ponit & omnia

Inter dolores, vah! nimium graves

Læsi pedis, cui (<sup>vera</sup> <sub>turpe</sub> dictu)

Nulla manus potuit mederi.

Et morte clarus sic Medicus cädit,

Qui cæteroquin pellere noverat

Tot pharmacis dextre petitis

Præproperam rabidamque mortem.

O quæ

O quæ Minervæ sic pereunt opes!  
O patriæ quæ sic bona concidunt!  
Suopte quæ longe valore  
Omnibus ante-eunt metallis.  
Hoc Vrbis hujus Magnifici PATRES,  
Hoc CLERVS omnis novit, & optime  
Notunt simul cives modesti,  
Hoc quoque sexus uterque novit.  
Hinc ejulatu qværitur omnibus,  
Hinc lacrymis defletur ab omnibus,  
Hinc & sono tristi (dolendum)  
Prosequimur gemituque funus.  
Frustra sed: hunc, quem Parca semel ferox  
Nobis rapit vi, membraque frigida  
Tellus tegit, voce, en, inani  
Tu revocate studest ab ipsa.  
Ast interim qvid Soror amabilis  
Sexus Corona hīc seminei sui,  
Mœrore sed nunc pressa multo  
Mortis ad hæc modo dira fata?  
Quid Frater, una Matre satus pia,  
Nexuque tali charior hoc ei,  
Affinis aur Summe colendi  
Quæ SENIORIS erit querela?  
Tristantur omnes: jure sed optimo:  
Tristantur omnes: sic jubet Optimum  
Summumq; NUMEN, tristibus quod  
Addere post quoque lata novit.  
Et hoc, precor quod pectore scilicet  
Ac mente tota, est, tristia qui modo  
Hæc fata plangunt, queisque vulnus  
Proh dolor! ita dedere acerbum.

Sat

Sat dignus autem qui fuerat polo  
Dudum, polo nunc, en, ovat optimo,  
Cœlestibus quin aggregatus  
Solis ibi ut jubat inter astra  
Spargit micantes jam radios suos,  
Fulgens beatos inter & Hospites  
Nunc claritate mactus illa  
Magna prius pietatis actæ,  
Hem! dona captat : nescia sic mori  
Virtus eundem cœlitibus Diis  
Adjungit ac æternitate  
Donat apud Superios beata,

## EPITAPHIUM

SCHLOSSIUS hac placide cubat alta DO-  
CTOR in urna,  
Sed celebris Famæ Nomine vivit adhuc.



1464